

INSTITUTIONES CRIMINALES

USUI ETIAM FORENSI ACCOMMODATÆ,
QUATUOR LIBRIS ABSOLUTÆ,

IN QUORUM PRIMO AGITUR

De Criminibus merè Ecclesiasticis. In Secundo
de Criminibus merè Sæcularibus. In Tertio de Cri-
minibus mixti Fori. In Quarto exponuntur aliqua
omnibus Criminibus communia.

A U T H O R E

DOMINICO URSAYA

A BOSCO NULLIUS IN PROVINCIA
Salernitana, J. U. Philosophiæ, & Sacræ Theologiæ Do-
ctore, in Almæ Urbis Archigymnasio publico J. C. Pro-
fessore, & in Romana Curia Advocato.

EDITIO TERTIA, QUARTA PLUS PARTE AUCTION.



VENETIIS, MDCCXXIV.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

AD LECTOREM.



Iraberis fortasse, benigne Lector, quòd Institutiones Criminales, & jam semel ediderimus, & nunc iterum edamus, etiam auctiores; Cùm tamen nostrum respondendi de Jure, atque in Foro agendi studium, non in Criminalibus, sed in Canonicis, & Civilibus materiis occuperetur; Neque ab ulla exercitatione magis animus noster, & professio, quàm à causis criminalibus sit aliena; Sed quoniam Jurisprudentia, quæ Romæ privatim etiam tradebatur, publicas in Scholas, publico edicto, universa commigravit, & Discipulorum frequentia, urbanique Archigymnasii majestas, & quotidiana Juris, assiduaque interpretatio, à publicis Professoribus caperunt curam, & industriam efflagitare diuturniorem, quisque Nostrum, qui antea, in paucorum dierum angustias coniecti, toto anno, suscepra curque materiam, summatim vix attingere poteramus, non modò copias, quas domi habebat, in communes Scholas adduxit, sed; aucta diligentia, & labore, majores contraxit, & novas, ut quàmvis nostri Archigymnasii dignitas cæteris antecellit, tantò publica interpretatio privatam ubertate, atque utilitate, superaret; Propterea, & Nos rei criminalis Interpretes, qui argumentum hoc propter brevitatem temporis, paucis perstrinxeramus, ubi cognovimus, totos ferè Nobis integri anni dies esse patefactos, continuò reprehendimus quidquid ante, angustis exclusi, prætermiseramus, & Typis ea mandare decreverimus, & in nova hac impressione, multa etiam alia addenda censuimus, quo criminalis doctrina, quæ, vel in peculiaribus Tractatibus distrahitur, vel Institutionibus, jam editis, parcius exhibetur, opera nostra, usui etiam forensi accomodata, plenior prodeat, & absolutior; Quod plurimum conferre putavimus publicæ utilitati, siquidem cæteræ partes Jurisprudentiæ res privatas, & familiares singulorum regunt, hæc verò publicam rem gubernat universam, & Civitatum, hominumque custodit, atque tuetur statum, cùm societatis humanæ tranquillitas, & Populorum quies à coercitione criminum, & poenarum recta distributione proficiantur, quæ omnis cognitio è criminali scientia, doctrinaque colligitur; Ex hoc autem Opere, publicarum Scholarum, & Fori etiam causa suscepto, non modò, candidè Lector, studium nostrum animadvertes, veram etiam intelliges, quid à provecutionibus aliis Collegis nostris, ad communem utilitatem, & ad Romani Archigymnasii gloriam inflammas, debeas expectare. Vale.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per la Fede di revisione, ed approvazione del P. Fr. Tommaso Maria Gennari Inquisitore, nel Libro intitolato: *Institutiones Criminales Authore Dominico Ursaya à Bosco &c.* non esservi cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario nostro niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo Licenza che possi esser stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. 8. Ottobre 1723.

} Alvise Pisani Kav. Proc. Rif.

} Z. Pietro Pasqualigo Rif.

Agostino Gadaldini Segr.



INSTITUTIONUM CRIMINALIUM

ADVOCATI
DOMINICI URSAYÆ.

Liber Primus.

TITULUS PRIMUS.

De Criminibus in Genere.



Quod materiale nominis Delictum, seu Crimen, à quo criminale iudicium nomen habet, plura in iure torritum fuit vocabula; Appellatur siquidem Maleficium, Flagitium, Noxa, Injuria, Peccatum, Comestum, Excessus, Facinus, & Scelus, ut observant *Bergol. Instit. Crim. lib. 2. tit. 1. in princ. & Amen. de Delict. & Pen. tit. 1. proem.*

1. Quod sit et participem habeant significationem, & accidentalem differentiam; latissime explicatam ab *Amen. ubi supra* num. 2. & *que ad. num. 11.* In substantia tamen ad nostrum effectum synonyma sunt, & inter se confunduntur, ut patet ex *titulis Lib. 47. & 48. Digest. & ex titulis Lib. 9. Cod. in quibus tota ferme criminalis materia continetur, ut advertit Passerius, in Trib. Regul. quest. 4. art. 1. num. 2. in fine.* Nos autem sermonem habebimus de his omnibus sub nomine Criminalis, quia Doctoribus trito, & vulgato vocabulo denominationem accepit.

2. Crimen igitur in hoc sensu consideratum, & in genere sumptum, definitur *Commissio, seu Omisio facta dolo, contra legem vigentem, & aliquid imperantem, seu prohibentem sub pena.* *Interdum* tamen dicitur, *ut in hoc sensu consideratum, & in genere sumptum, definitur Commissio, seu Omisio facta dolo, contra legem vigentem, & aliquid imperantem, seu prohibentem sub pena.*

3. Dicitur *Commissio*, ut comprehendatur omne id, quod sit per transgressionem legis, sub pena aliquid prohibentis; Alio cum lex prohibeat homicidium, procul dubio delinquens, qui illud committit.

4. Dicitur *Omissio*, ne excludatur id, quod sit contra præcepta legis positivæ, puta præceptum legis positivæ est, ut tempore Paschali Eucharistiam sumas. Ille omittens id facere, delinquit, quia non facit quod lex imperat; ex adductis per *Narbon. de Act. art. 11. quest. unic. per tot.*

5. Dicitur *facta*, quod verbum latissime habet significationem; *Verbum facere est, de herbam significat.* Hinc facere dicitur, qui opere delinquit, ut qui factum committit; Nec non qui verbis, ut qui blasphematur. Ac etiam qui scripta, ut Reus famuli libelli; Solius vero cogitationis poenam nemo meretur in foro Fori, *leg. Cogitationis, ff. de Pern. Corvin. Instit. Canon. lib. 4. tit. 1. de Delict. versic. Cogitatione.* Licet aliud sit in foro Poli, circa quod consuleri sunt Theologi.

Dicitur *Dolo*, qui ad delictum omnino requiritur *Bald. in cap. 1. num. 15. de Constit. ubi quod omnis definitio delictorum ita dicitur per dolum, & culpam, ex cuius defectu Infantes, Amantes, Dormientes, & a fortiori Beati, delictum committere nequeunt, & late Reverendissimus Dominus Episcopus Zaul. ad Statut. Favent. tom. 1. lib. 4. rubr. 20. num. 13. & seqq.*

Dicitur tandem *contra legem vigentem, & aliquid imperantem, vel prohibentem sub pena*, quia, ut aliquid sit verum crimen, & puniri possit, necesse est, quod aliqua lege prohibeatur, cum ante legem vetantem, licet aliquis actus illicitus dici possit, non tamen etiam in forma habere dicitur. Idque constat potissimum ex *Apostol. ad Roman. 4. 15.* dicente, *ubi enim non est lex, neque prævaricatio, & 5. 13. & 20. ubi Peccatum autem non imputatur cum lex non esset, lex autem subintravit, ut abundaret delictum.* Necesse pariter est, ut eadem lex vigeat, quia si fiat aliquid contra legem quidem, sed abrogatam, aut consuetudine præscriptam, vel per contrariam Constitutionem revocatum, tale factum, aut dictum, nullatenus delictum dici potest *Amen. de Delict. & Pen. tit. 1. proem. §. 2. num. 11. in fine, ubi num. 9. observatur, inter alias differentias, crimen differre à peccato per hoc, quod peccatum Divinam tantum ultionem expectat, crimen autem est accusatione, & damnatione dignissimum, & in Foro etiam humano vindicatur, juxta Textum in *Can. Apostolus 81. distinct.**

Substantialia autem criminis tria sunt. Primum est lex

verans, ex modo animadvertis. Secundum est voluntas, & animus delinquendi, sine voluntate enim, seu animo aliquid committendi, vel omittendi, crimen non datur, *D. Thomas 1. 2. quest. 74. art. 1. in corpore.* Ex cuius proinde defectu ad rem observat *Hieron. de Pederis. resol. crim. 37.* non mortis, sed arbitraria poena puniri fuisse quemdam Juvenem, qui ignem in unum in stabulo Otioris Gallie, non animo comburendi adificium, ut evenit, sed ad effectum comburendi dampnari modicam quantitatem fumi, ad hoc, ut Otior credens illum eventus culpa Magistri stabuli, illum à servitio dimitteret, & de *Federis. sequitur Rayn. tom. 1. cap. 13. §. 1. num. 31. & seq. ubi patet referri anno 1641. à Senato Lipsien. extraordinaria poena puniri fuisse aliam, qui ad ves proprias incendit ad eum finem, ut liberaretur ab oneribus, & excessibus contributionibus.*

Tertium denique substantialiale est factum ipsum criminolusum. Ad crimen enim omnino requiritur aliquis actus

à pat-